HIERONYMUS
12. bis 13. Jh.
Seite 81r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26318
Copyright: Admont, Benediktinerstift

omis partis esse virtutes. cui autem in fine rerum. et in consumatione mundi ei fuerint universa subiecta. adimplebit omnia omnibus. ut iuxta id quod dicis esse. cunctis virtutibus plenum omnia omnibus adimplet. et sint universi habentes omnia. quae ante singula singuli possidebant. Si et hoc quod ait. ipsum dedit caput super omnia ecclesiae quae est corpus ipsius. plenitudo eius quae omnia omnibus adimplet. ut solum hominum. ut si et angelorum cunctarumque virtutum. et rationabilium creaturarum ecclesia intelligi potest. Si et hoc quod omnia omnibus adimplet. neque quia ita ut resonat accipiendum. Non enim ait. quod omnia omnibus adimplet. sed quod omnia omnibus adimplet. Si quidem aliud est implere. aliud impleri. quia in altero agentis. in altero patientis est verbum. Sic et quod adimplet imperator si cotidie eius augeat exercitum. et fiant novae puntae. et plebes multitudo succrescat. ita et christus nostrum ihesus xpus meo quod est credunt omnia. ipse dies singulos ad fidem eius venunt. ipse adimplet in omnibus idem. ut quod in eum credunt cunctis virtutibus plenum sint. et iuxta euangelium faciant pficere eum. et ait. sapientia. ygitur non solum apud dominum sed ya apud homines. Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris in quibus ambulastis aliquando secundum saeculum mundi huius. secundum principem potestatis aeris. spiritum qui nunc operatur in filiis inobedientiae. in quibus et nos omnes conversati sumus aliquando in desideriis carnis nostrae. facientes voluntatem carnis ycogitationum. et eramus natura filii irae sicut ceteri. Deus autem qui dives est in misericordia. propter multam karitatem suam qua dilexit nos. ycum essemus mortui peccatis conuificauit nos christo. ante quam desinguis uerbis sensibus dispicerem. ut iudex nobis ita lectionis ordo reddendus est. Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris. conuificauit in christo dis qui dives est in misericordia. propter multam karitatem suam qua dilexit nos. et cum essemus mortui delictis in ambulauimus secundum saeculum mundi huius. principem potestatis aeris spiritum qui nunc operatur in filiis diffidentiae. in quibus ynos omnes conversati sumus aliquando in desideriis carnis nostrae. facientes voluntates carnis ymentis. et eramus natura filii irae. conuificauit christo. ut